



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XXIV. De rebus ecclesiasticis & episcopalibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

APP.
ANNO
CHRISTI
341.
IVLIVS P. I. ANTIOCHENVM. CONSTANTIVS
CONSTANS } IMP. 673

XXIV.

Quæcumque res ecclesiæ sunt, bene debent cum
omni diligentia & bona fide seruari: illa scilicet fide,
quæ Deo seruatur, omnia prouidenti atque iudican-
ti: easque gubernari & dispensari oportet cum iudi-
cio & potestate episcopi, cui totius plebis animæ vi-
dentur esse cōmissæ. Manifesta autem esse oportet,
quæ ecclesiæ competunt, sub conscientia eorum pre-
sbyterorum & diaconorū, qui circa ipsum sunt, vt
ipſi non ignorent, nec eos aliquid lateat eorum quæ
sunt propria ecclesiæ. Vt si contigerit episcopum ex
hac vita migrare cum manifestæ sunt & notæ res ec-
clesiasticæ, non intercidant atque depereant, sed nec
res propriæ episcopi, tamquam obnoxiae, rerum ec-
clesiasticarum occasione, ullius pulsentur iniuria:
quia iustum & acceptū est apud Deum & homines,
quæ propria sunt episcopi, quibus ipse iusserit dere-
linqui, & quæ ecclesiæ, ipsi seruari. Ita enim fit, vt nec
ecclesia damno aliquo affligatur, nec episcopus oc-
casionē rerum ecclesiasticarum proscribatur, neque
pertinentes ad eum causas incurrit, quo post mor-
tem memoria eius maledictis aliquibus oneretur.

XXV.

Episcopum habere rerum ecclesiasticarum po-
tentiam ad dispensandū omnibus indigentibus cum
omni timore & reuerentia Dei. Ipsum quoque ex eis
percipere atque vtidebere quibus indiget, si tamen
indiget, vel ad suas necessarias expensas, vel fratrum
qui apud eum hospitalitatis gratia commorantur, vt
nulla ex parte per inopiā defraudentur, secundum A-
postolum dicentem: *Habentes vītūm quotidianū* & *1. Timon. 6.*

Concil. Tom. 2.

Qqqq

teram
ſſerit,
neque
re au-
in iu-
ndum
.m.

e ciui-
neque
noscī-
e pre-
os epi-
& vo-
quis-
uidem
pau-
n po-
dicare

m sibi
vici-
ctum
iri au-
con-
Con-
umta-
erint
.i.
XXIV.